

fiones multa affectione conturbatum, et quietum perdurare. Cent. 3. *De Charitate*, cap. 38.

S. NILUS. 72. Ad virtutem tendentibus magno est impedimento rerum affectio terrenarum: animoque, ac sepe etiam corpori perniciam affert. In lib. *Asaetico*.

PAULINUS. 73. Nunquam in carnalibus affectionibus requiescit animus: dum necessitudines suas aut bonas amat, cum amittendi metu, aut malas odit cum amittendi voto, in utroque miseris sustinendis semper obnoxius. *Epist. ad quemdam militem*.

PETRUS CEL-
LENSIS. 74. Si vitiosa est affectio, improbitas est: si justa, virtus est, et admittenda. Lib. 8. *Epist.* 4.

PETR. DAM. 75. Effectum boni operis adhibet, qui pii cordis movet affectum. Lib. 7. *Epist.* 17, *ad Raynerium*.

S. PROSPER. 76. Diversitas humane affectionis, ex diversitate voluntatis est: quæ si prava est, perversis erit moribus inquietata: si autem recta non, non solum non culpabilis affectio hominis erit, sed etiam laudabilis. *Sent.* 151.

THALASSIUS. 77. Affectiones turpes, mentis vincula sunt, quibus in carnalibus operibus detinetur. *Hecaton-tide* 3. *Sent.* 41.

78. Mens cui affectiones imperant, cogitat quæ non decent. *Ibid.* *sent.* 4.

79. Male cogitationis dux est affectio: affectionis auctor, sensus: quo ut male utamur, in causa est mens. *Ibid.*

80. Mens affectionibus referta, officina est malarum cogitationum. *Ibid.* *sent.* 77.

S. THOMAS
AQUINAS. 81. Quanto quis est impetuosior in interioribus affectionibus, tanto difficilior refrænetur etiam in exterioribus. *Sup. Ep. ad Tit.* cap. 3.

SENTENTIE PAGANORUM.

SENECA. 82. Ille in nos dominatur affectus, qui animum primus intravit. Lib. 1. *Controv.* *controvers.* 8.

83. Nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est, jusque illi aliquid voluntate nostra datum est: facit enim de cætero quantum volet, non quantum permiseris. Lib. 1. *de Ira*, cap. 8.

84. Nulli sunt tam feri, et sui juris affectus, ut non disciplina perdomentur. *Ibid.* lib. 2, cap. 12.

85. Nullus affectus est, in quem non ira dominetur. *Ibid.* lib. 2, cap. 37.

86. Non dominatur mala affectio in mentis fidelis. *Sent.* 94.

SIXTUS PHILO-
SOPHUS. 87. Omnis mala affectio animi, rationi est inimica. *Ibid.* *Sent.* 193.

88. Quidquid feceris animo male affecto, penitentibus. *Ibid.* *Sent.* 196.

89. Affectiones prave, ægritudinum sunt inimicæ. *Ibid.* *Sent.* 197.

AFFECTIONES QUATUOR ANIMI.

DEFINITIO. Affectiones quatuor sunt appetitus sensitivi motiones, immediate efficientes extraordinarium corporis transmutationem.

SENTENTIE PATRUM.

1. Sunt animæ velut quatuor equi, quatuor affectiones; ira, cupiditas, voluptas, timor: quibus furentibus cum coeperit agi, nequaquam se ipsa cognoscit. Lib. 1, *de Virginitate*.

2. Sunt quatuor affectiones; scilicet, gaudium, dolor, spes et timor. *Prosec.*

3. Præmæ duæ sunt circa præsentia, vel præterita; et aliæ duæ, sunt circa futura. *De mensuratione crucis*, verbo *Sublimitas*.

4. Affectiones quatuor animi eadem memoria continent, non illo modo quo eas habet ipse animus cum patitur: sed alio multum diverso, sicut se habet vis memoriæ. Lib. 10. *Conf.* cap. 13.

5. Nequitia est mundum istum diligere, et ea quæ nascuntur et transeunt concupiscere, et pro his laborare, ut acquirantur: et letari, cum abundaverint; et timere ne pereant: et contristari, cum pereant. *De Agone Christiano*, cap. 13.

6. Quatuor affectiones, motus animorum sunt: lætitia, animi diffusio: tristitia, animi contractio: cupiditas, animi progressio: timor, animi fuga est. *Prosec.*

7. Diffunderis animo, cum delectaris: contraheris animo, cum molestaris: progredieris animo, cum appetis: fugis animo, cum metuis. *Tract.* 46, in cap. 10. *Joan.*

8. Affectus quadripartitus esse cognoscitur: dum de eo quod amamus, jam gaudemus, vel gaudendum speramus: et de eo quod odimus, jam dolemus, vel dolendum metuimus. *De Spiritu et Anima*, cap. 4.

9. De concupiscibilitate, gaudium et spes; et de irascibilitate, dolor et metus oriuntur. *Ibid.*

10. Quatuor affectus animi, omnium sunt vitiorum et virtutum quasi quedam principia, et communis materia. *Ibid.*

11. Habet anima affectiones, quibus exercetur ad virtutes; dolor namque de peccato, timor de suppliciis, desiderium de promissis, gaudium de præmiis, quadam exercitia sunt virtutum. *Ibid.* cap. 20.

12. Voluntas bona, voluntas superni ardoris accensa, sive amore, sive timore, sive gaudio, sive tristitia, quæcumque amara et aspera sufferat, charitas dei est. *De patientia*, cap. 25.

13. Amor inhians habere quod amatur, cupiditas est; id autem habens, eoque fruens lætitia,

est: fugiens quod ei adversatur, timor est: idque si acciderit, tristitia est. Lib. 14. *de civit. Dei*, cap. 7.

14. Cives sanctæ civitatis Dei, in hujus vitæ peregrinatione secundum Deum viventes, metuunt cupiuntque, dolent gaudentque: et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent. *Prosec.*

15. Metuunt penam æternam, cupiunt vitam æternam; dolent in re, gaudent in spe.

16. Metuunt peccare, cupiunt perseverare; dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis.

17. Metuunt tentari, cupiunt tentari; dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. *Ibid.* cap. 9.

18. Quem non exanimat metus, nec cupiditas eum vastat, nec ægritudo macerat, nec ventilat gestiens, et vana lætitia. *De LXXXIII quaest.*, quaest. 33.

S. BERNARD. 19. Totum cor in quatuor affectionibus est; quid diligas, quid metuas; unde gaudeas, aut contristeris. *Serm.* 2. *de Quadrag.*

20. Iram, metum, cupiditatem, et gaudium, veluti quemdam animi curram bonus auriga regit, et in captivitatem redigit omnem carnalem affectionem. *Ibid.*

21. Affectiones quatuor sunt notissimæ: scilicet, amor et lætitia, timor et tristitia. *Prosec.*

22. Absque his non subsistit humana anima; sed quibusdam sunt in coronam, quibusdam in confusionem.

23. In initio timor, deinde lætitia, postea tristitia, in consummatione amor.

24. De timore et lætitia nascitur prudentia, et est timor causa prudentiæ, lætitia fructus.

25. De lætitia et tristitia nascitur temperantia, cujus est tristitia causa temperantiæ, lætitia fructus.

26. De tristitia et amore nascitur fortitudo, et est tristitia causa fortitudinis, amor fructus.

27. De amore et timore nascitur justitia, et est timor causa justitiæ, amor fructus.

28. Si timorem sequatur tristitia, desperationem generat; si amorem lætitia, dissolutionem. *Serm.* 6. *parvor. Serm.*

29. Habent suas voces affectus, per quas se etiam, cum nolunt, produunt: timor meticulosas, dolor gemebundas, amor placidas, gaudium jucundas. *Serm.* 67. *sup. Cent.*

30. Tu quoque si vis lumine claro cernere verum,

Tramite recto carpere callem: gaudia pelle, Pelle timorem, spemque fugato, nec dolor adsit. Lib. 1. *de Consol. philos.*

S. BONAVENT. 31. Qui nimis seipsum diligit, seipsum nimis

diligendo plus debito afficitur, circa quod bonum sperando et gaudente de ejus presentia; timendo et dolendo de ejus absentia. *Sup. Lucan.* cap. 17.

32. Fervor devotionis est crux spiritus, cujus quatuor sunt brachia, sc. amor, spes, timor et dolor. Spes sursum, timor deorsum; amor a dextris, et dolor a sinistris. *Ibid.* cap. 23.

33. Animæ proprium est metuere, desiderare, s. FULGENT. tristari et gaudere. Lib. 3. *ad Trasimundum Regem*, cap. 21.

34. Mens, a secreti interioris securo gaudio s. GREG. MAG. exclusa, modo spe dejectur, modo pavore vexatur, modo deficiente dolore dejectur, modo falsa hilaritate relevatur. Lib. 8. *Moral.* cap. 20.

35. Modis nos alternantibus, semper cupido concutit, metus frangit, lætitia mulcet, dolor affligit. *Ibid.* Lib. 10. cap. 9.

36. Perturbationes quatuor uno, et non pleno s. HIERONYM. versiculo, illustri Poeta comprehendit: hi metuunt, cupiuntque, hoc de futuro: dolent, gaudentque, hoc de presentis. *Sup. Joel.* cap. 1.

37. Non solum in desideris et cupiditate continentia necessaria est, sed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore scilicet, lætitia et timore. Lib. 3. *sup. Epist. ad Galat.* cap. 5.

38. Quatuor sunt animi affectiones: scilicet, amor et timor, dolor et gaudium. *Prosec.*

39. Timemus quæ non oportet, amamus quæ non deest: dolemus vane, gaudemus vanis. *Sup. Genes.* cap. 46.

40. Sunt quatuor affectiones: scilicet, desiderium, gaudium, timor et tristitia: hæ quatuor in anima, quasi in rota fortune in hac vita voluntur. *Prosec.*

41. Nam anima ipsa per timorem ascendit, jacet deorsum per tristitiam, surgit per desiderium, stat per gaudium. *Sup. Cant.* cap. 8.

42. Fere omnes homines quatuor cordis affectiones: scilicet amorem, gaudium, spem et timorem, in terrenis figunt. *Sup. Apocal.* cap. 6.

43. Nullatenus valet vivacitas mentis, absque alicujus desiderii vel timoris, gaudii vel moreris affectione subsistere, nisi hæ eadem in bonam partem fuerint immutata. In *Collat.* 12. *Abbat. Charemonis*, cap. 5.

44. Totum cor hominis quatuor affectionibus est perversum, quas si ad Deum reducimus, totum cor hominis est conversum. *Part.* 1, *tract.* 2. *de Regione Claustralium*, art. 2.

45. Quatuor sunt qualitates affectionum, quibus mens justi lædio salubri compungitur: hoc est, memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum penarum, consideratio peregrinationis suæ, et desiderium supernæ patriæ. Lib. 2. *de Sum. bono*, cap. 12.

PETRUS BLES.

46. Quatuor sunt naturales affectiones; timor, spes, gaudium, dolor. *Prosec.*

47. Timor estin fronte, spes in capite, gaudium a dextris, dolor a sinistris. *Serm. 19. de Annunt. B. V.*

PETRUS CELLENS.

48. Quatuor sunt anguli in anima; timor videlicet et cupiditas, gaudium et dolor. *Prosec.*

49. Quia aliquando timore deprimitur, aliquando cupiditate evagatur, aliquando gaudio effertur, aliquando dolore afficitur.

50. Ita mobilitate naturæ suæ agitur, ut modo gaudeat, modo doleat, modo cupiat, modo timeat. *De Penibus, cap. 20.*

51. In anima Iesu non fide, sed vere quatuor animi affectiones fuerunt, teste Evangelio; ubi legitur eum exultasse, et doluisse, et timuisse, et voluisse. *Ibid.*

52. Ignis divinus ita quatuor angulos nostros possideat, ut Deum cupiamus, ut Deum timeamus, ut in Deo doleamus, ut cum Deo gaudeamus. *Ibid.*

S. PROSPER.

53. Ipsius anime quatuor esse affectiones, quibus vel ad bona utimur, vel ad mala, antiqui subtiliter invenerunt, et, eorum inventa probantes, posterius susceperunt. *Lib. 3. de Vita contemptat., cap. 18.*

54. Quatuor affectiones, vitia esse, stultitia sapientium mundi hujus existimat. *Prosec.*

55. Nam, si timere ac dolere, cupere vel letari omnino non possent, nisi peccatores, aut perditii, recte non affectus aliqui possent dici, sed morbi.

56. At, cum tales animorum motus inventantur in Sanctis, quis ita desipiat, ut eos vitia credat, ex quibus Deo placuerunt illi, qui vitiiis plisquam ceteri omnes restiterunt? *Ibid. cap. 31.*

57. Non has affectiones habendo, sed eis male utendo delinquimus. *Prosec.*

58. Quia humanorum affectuum proprietas, hominis indicat naturam: qualitas bonam, vel malam significat voluntatem.

59. Ac sic motus hi, qui in hominibus affectiones sunt, idem ipsi in bene utentibus virtutes, et in male viventibus passiones, sive perturbationes, aut (ut quidam volunt) ægritudines fiunt. *Ibid.*

60. Omnino tibi nullus est sensus, ubi timendi, vel dolendi, cupiendi sive gaudendi nullus invenitur affectus. *Ibid.*

61. Omnes justii, et tota morum sanctitate perfecti, timent et cavent, volunt et cupiunt, lætantur et gaudent, tristantur et dolent. *Prosec.*

62. Sed interest multum quid timeant, aut caveant, velint aut cupiant, unde lælentur aut gaudeant, contristantur aut dolent.

63. Metuant hæreditatem regni celestis amittere, cupiant ad coelestem patriam pervenire,

dolent tentati, gaudent de tentationibus liberati.

64. Ac per hoc recta mens rectos habet affectus: perversos, perversa. *Ibid.*

65. In terra nec dolor sine spe, nec gaudium sine timore est. *Trac. 1. de statu inter. hom., s. VICTORE. cap. 27.*

66. Amor et odium, gaudium et dolor, quatuor principales affectiones sunt: ex quibus cætera omnia, desideriorum, voluntatum, votorum, affectionumque originem trahunt. *Ibid. cap. 34.*

67. Magnum et victoriosum est non gaudere de prosperis, nec dolere de adversis: non sperare prospera, nec timere adversa. *Lib. 3. sup. Genes. cap. 16.*

68. Gaudium, tristitia, spes et timor quatuor sunt principales anime passionēs. 1. 2. quest. 28. art. 4.

69. In nobis est materia litis, et discordiæ fomes: scilicet cupiditas rerum, amor habendi, timor perdendi, dolor boni amissi. *Serm. 19. ad Novit. divis. 14.*

AFFLICTIO græcè πένος dicitur, et est ægritudo cum vexatione cordis. *Lib. 4. Tusc. quest.*

Afflictio in prosperis, est odientis animi cruciatiō ex profectu minus sibi placētis descendens. *De fruct. carnis et spirit. cap. 3.*

Divisio. Quinque de causis affliguntur homines: aut propter merita agenda, ut Job; aut ad humilitatem conservandam, ut Paulus ab Angelo Satanæ; aut ob peccati corrigenda, ut Maria soror Moysi; aut ad initium damnationis, ut Herodes. *De Allegorijs in Matth. cap. 9.*

Tria sunt afflictionia: videlicet, carcer, captivitas, et infirmitas. *Prosec.*

Gravatur infirmus debilitate et dolore, incarcerationis catenis et compedibus, captivus servitute et labore. *Lib. 3. de Claustro anime, cap. 10.*

Duo nos affligunt, vitia et flagella; per illa cognoscimus quid de nobis simus; per ista, quid de mundo sperare possimus. *Ep. 138. ad Gualterum Rothomagensem Archiepisc.*

Comparatio. Quemadmodum dulcedinem epularum, qui famem non est expertus, nescit: ita electi non satis agnoscerent magnitudinem divini beneficii, si non aliquando permitterentur Dei dispensatione in graves incidere afflictiones. *Sup. Psalm. lxx.*

Quemadmodum margarita, etiamsi in cono obruatur, nihilominus nativam pulchritudinem retinet: sic virtus, quemcumque eam proiecverit, suam vim exerit, sive in servitute, sive in carcere, sive in afflictione. *Hom. 63. sup. Genes.*

Sicut aurum igne examinatum, purius reddi-

RICHARD. A. S. VICTORE.

RUPERTUS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS A KEMPIS.

CICERO.

HUGO A S. VICTORE.

PETRUS BLESSENS.

FRANCISCUS TITIELM.

S. JOANNES CHRYSOST.

tur: pari modo etiam anima, quæ inter afflictiones versatur, splendidior per illas evadit. *Ser. 3. de Verbis Apost.: Habentes eundem spiritum.*

Quemadmodum exiguum scintillam, si in profundam aquam immergas, protinus extinxeris: sic, quantumvis magna animi afflictio, si in bonam incidat conscientiam, perit, facileque evanescit. *Hom. 1. sup. Epist. II ad Cor. in Morali.*

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROSIIUS.

1. Brevis afflictionis est meta, sed corona fructus perpetui; tolerabilis passio, merces inestimabilis. *Lib. 1. de Jacob, cap. 6.*

2. Quælibet jacula, justo nocere non possunt, cui Deus lux est. *De Nabalthe, cap. 14.*

V. BEDA.

3. Bonorum mens quo duriora pro veritate tolerat, eo certius æternitatis præmia sperat. In suis *Prob. verbo Bonorum.*

S. AUGUSTIN.

4. In afflictione mali Deum detestantur atque blasphemant; boni autem precantur et laudant. *Lib. 1. de Civ. Dei, cap. 8.*

5. Cruciatu corporis malas animas miserabiliter affligit, bonas autem fortiter purgat. *De Agone Christiano, cap. 7.*

6. Caudendum Christianis est, dum recte conversantes premuntur in hoc seculo. In *quest. Veleris et Novi Testam., quest. 115.*

7. Premunt nos, sed non opprimunt: urgent nos, sed non demergunt. *Enarr. 2. sup. Psalm. xxxi. vers. 8: In diluio aquarum, etc.*

8. Melius est post paucas angustias ad æternam beatitudinem pervenire, quam post brevem lætitiã ad inferni profunda descendere. *Serm. 1. in Vigil. Ascens. sup. illud Matth. 5: Beati qui lugent.*

9. Nulla est plaga, quæ debeat ab amore Christi Christianum separare. *Serm. 60. ad Frat. in Eremito.*

V. BEDA.

S. BERNARD.

10. Bonorum mens, etc. vide infra.

11. Plaga recens dolore non caret; neque enim occulit vulnus, nec in tam brevi versum insensibile est. *De consid., lib. 1.*

12. Hebetis cordis est indicium, propriam non sentire vexationem. *Prosec.*

13. Vexatio dat intellectum auditui (ait Isaias) verum est, sed nimia si non fuerit; nam si nimia sit, non plane dat intellectum, sed contemptum. *Ibid.*

14. In afflictis rebus constitutis, tanto solet esse gratior liberatoris adventus, quanto fuerit diuturnior afflictio. In *lib., de Passione, cap. 48.*

15. Malum, voluptas est corporis; bonum vero, afflictio est. *Serm. 3. in Nativ. Dom., super illud Isai. 7: Reprobare malum et eligere bonum.*

16. Pura afflictio revocat a malo, et sollicitat in s. DONAVENT. bono. *Sup. Ecclesiasten, cap. 2.*

17. Afflictorum indigentia, dum piã mentes ad subveniendum provocat; etiamsi lingua sileat, vita clamat. *Super Lament. Hierem., cap. 2.*

18. Dum id quod tenemus est affligitur, citius ad misericordiam pietas iudicis flecitur. *Ibid.*

19. Magna crudelitas est, affligere ægrotantes. *Super Luc., cap. 17.*

20. In omnibus pressuris gravibus et duris, totum remedium erux est. In *laudisimo de S. Cruce.*

21. Quanto afflictio intensior, tanto magis promptior consolatio. *De stimulo amoris, part. 2, cap. 6.*

22. Amemus afflictiones, quæ faciunt perpetuo felices; nam si amarum medici potionem non respicimus, ut mereamur temporalem suscipere sospitatem, quis istud sanæ mentis affectare non debeat, quod se propter æterna gaudia subire posse cognoscit. *Psalm. xciii.*

23. Qui alium malo aliquo mulctare vult, prius seipsum mulctat. *Apud D. Joan. Damasc. lib. 2: Parallel. cap. 68.*

24. Non ulciscendi, sed medendi animo atque ad sanitatem anime comparandam, Deus afflictiones immittit. *Lib. 3. Parallel. cap. 49.*

25. Magis timere debet Christianus se non esse in statu salutis et gratiæ, et ad electorum consortium non pertinere; dum nil afflictionis sibi contingit. *De Moritific. vieifica.*

26. Sicut Deus potestatem habet homines affligendi: ita et sanandi levandique afflictum ab afflictione. *Prosec.*

27. Ipse enim ad suæ potentiæ, atque bonitatis gloriam demonstrandam, et nostram salutem promovendam, nunc afflictionibus hominem ferit; et cum sibi visum fuerit pro sua gloria, et nostro profectu expedire, liberat eundem ab afflictionibus quantumvis maximis. *Super Job, cap. 5, sup. illud: Ipse vulnerat et medetur.*

28. In afflictionibus opportunum solet, et gratum esse liberatoris adiutorium, et jucundum esse potentis refugium. *Sup. Psalm. ix, vers. 9.*

29. Melius est temporaliter affligi, quam æterna afflictione a Deo ferri. *Super Psalm. lxxi, vers. 23.*

30. Modica passio, gloria infinita. *Opuscul., s. FRANCISCUS ASSISIENSIS, colloq. 33.*

31. Afflictis non debet afflictio addi. *Apud Gratian. in Decret. tian. in Decret.*

32. Unius afflictio, multorum est correctio. *Sup. Levit., cap. 20.*

CASSIODOR.

DYDIMUS.

DIONYSIUS CARTHUS.

FRANCISCUS TITIELM.

GLOSS. DECR.

- GLOSS. ORD. 33. Felix conscientia, quæ afflictionis tempore, ET HIERON. honorum operum recordatur. Sup. iv, *Reg.*, cap. 20; S. Hieronym., lib. 11, in Isai., cap. 38.
- GLOSS. INT. 34. Quem vident homines calamitatibus fatigatum, putant a Deo desertum. Sup. *Psal.* lxx, in illud: *Deus dereliquit eum.*
- GLOSSA ORD. 35. Impossibile est scire afflictiones afflictorum homini, qui experimentum afflictionis non habuit. Sup. *Ep. ad Hebr.*, cap. 4.
- S. GREGOR. 36. Hinc unusquisque colligat, quid illic sint MAGNUS. passuri, quos Deus reprobatur; si hic sic cruciat quos amat. *Prosec.*
37. Aut quomodo feriantur, qui in iudicio arguendi sunt; si sic eorum vita premitur, qui ipso iudice teste laudantur. Lib. 3, *Moral.*, cap. 8.
38. Afflicta mens tanto magis ad æternam patriam reditum diligit, quanto in hoc ærumnoso exilio laboriosus vivit. Lib. 6, *Moral.*, cap. 16.
39. Durum est appetere quod cruciat, sequi quod vitam fugat. *Ibid.*, lib. 7, cap. 6.
40. Mens quæ in Deum forti intentione dirigitur, omne quod in hac vita affligit, requiem putat. *Ibid.*, cap. 7.
41. Deus ab electis suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere; quas in eis in perpetuum non vult vindicare. *Ibid.*, lib. 9, cap. 17.
42. Mala reproborum bonos dum cruciant, purgant. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19.
43. Mali bonos magis ab huius mundi desideris expediunt, dum affligunt. *Prosec.*
44. Quia dum multa eis hic violenta ingerunt; fesinare illos ad superna compellunt. *Ibid.*, lib. 26, cap. 9.
45. Sicut moderata afflictio lacrymas exprimit, ita immoderata subducit; quia moror ipse sine merore fit, qui afflictus mentem devorans, sensum doloris tollit. *Ibid.*, lib. 9, cap. 37.
46. Tanto maior fiducia mentem roborat, quanto hanc fortior pro veritate afflictio angustat. *Ibid.*, lib. 10, cap. 12.
47. Cum sit gravior justos, quam injuste injustos affligere; multo tamen est gravior justis pariter et injustis nocere. *Ibid.*, lib. 15, cap. 19.
48. Ille perfecte tribuit qui cum eo quod afflicto porrigit afflictus quoque in se animum sanat. *Ibid.*, lib. 19, cap. 26.
49. Veritatis lumen, quod elatis, occupatisque mentibus absconditur, afflictis revelatur. *Ibid.*, lib. 27, cap. 7.
50. Perpendo quid tolero, perpendo quid amis; dumque intueor illud quod perdidit, fit hoc gravior quod porto. Lib. 1, *Dialog.*
51. Gratum Deo sacrificium est, afflictio contra peccatum. Hom. 10.
52. Plerumque mali justos, qui eorum salutem appetunt, execrabili nequitia persecutionibus affligunt. Sup. *septem Psalm. pœnit.*, in *Psal.* iii, vers. 20.
53. Inter humane animæ innumerabiles afflictionum molestias, nulla est major afflictio, quam conscientia delictorum. *Ibid.*, sup. *Psal.* vii, vers. 13.
54. Non debet addi flagellatis a Domino afflictio, ne affligentes culpæ offensam respiciat. Lib. 2, in *Registr.*, indict. 10, cap. 5, ep. 5, ad *Candidum Episc.*
55. Servorum Dei humilitas, in afflictionis tempore debet apparere. *Ibid.*, cap. 24, ep. 24, ad *Eusebium Abbat.*
56. Afflicto electæ mentis, omnis diabolice tentationis peremptorius mucro est. Lib. 5, in *Reg.*, cap. 3, super illud: *Afflictus est populus.*
57. Afflicto optimi remedium est ad salutem. GREG. NAZ. tem. Orat. 1, de *Reconcil. Monach.*
58. Verus philosophus per afflictiones clarescit, et ex gravibus materiam facit virtutis. Orat. 25.
59. Anima afflicta, Deo vicina est. Ep. 50, ad *Cæsarium fratrem.*
60. Quanto hic quisque propter justitiam durius affligitur, tanto dulcius in celo remunerabitur. Serm., de *Martyrib.*
61. Afflicto in seculo, materia præmiorum est. *Epist.*, ad *Eustochium.*
62. Incertum est utrum ad Dominum pertineat, quem pressura mater gloriæ ventilando non purgat, premendo non nutrit, castigando non probat, cadendo non curat. *Epist.* 16, ad *Amicum.*
63. Militiæ convenit Christianæ exenti afflictionibus, et calamitatibus probari. *Prosec.*
64. Ipsi est sub infelicitatibus et angustiis feliciter ampliari, sub pressuris adolescere, et pressuras pubescendo calcare. *Ibid.*
65. Sancta electorum Ecclesia, afflictionis tempore, proverbium pravis efficitur. Lib. 2, super *Lamentat. Hieremias*, cap. 3, sup. illud: *Factus sum in derisum, etc.*
66. Felix conscientia, etc. Vide supra, n° 33.
67. Bonos persequendo affligere inimicus potest, consumere autem non potest. Homil. 1, in *Ecclesiasten*, sup. illud. 2: *Inimicus consumpsit.*
68. Crux præsens, scæla est ad gloriam æternam; et e converso præsens gloria, scæla est ad crucem æternam. Sup. *Genes.*, cap. 40.
69. Afflicto temporalis cito transit et evanescit, ut so animum; quia in veritate non est afflic-

HAYNO.

HIERONYM.

S. JOANNES
CHRYSOSTOM.HUGO A
S. VICTORIS.

HUGO CARD.

- tio, sed umbra, vel somnium afflictionis. *Ibid.*, cap. 40.
70. Prosperitas malorum temporalis et finem habet, sicut et afflictio honorum. Super *Job*, cap. 4.
71. Sanctos adutores tuos in afflictione non invenies, quos habere socios in prosperitate noluit. *Ibid.*, cap. 5.
72. Miserabiliter cruciatur, qui causam sui cruciatum non attendit. *Ibid.*, cap. 10.
73. Dominus hic permittit bonos affligi, ut ad faciliorem exitum, dum amor provocat, cruciatus mundi impellat. *Ibid.*, cap. 35.
74. Afflicto calorem concupiscentiæ aufert, et cupiditatem subtrahit. Sup. *Psal.* lxxvii.
75. Perversi afflictionem suam non sentiunt, imo delectantur in ea; putantes sibi bene esse, dum male est. Sup. *Ecclesiasten*, cap. 1, in illud: *Perversi difficile corriguntur.*
76. Præsens afflictio, futura serenitatis indicium est. Sup. *Sapient.*, cap. 11.
77. Brevis afflictio adversitatis delet et purgat dolorem maximæ voluptatis. Sup. *Ecclesiast.*, cap. 11.
78. Justo quanto amplius impetuntur, tanto gloriosius coronantur. Sup. *Hierem.*, cap. 39.
79. Afflicto præsens, non est vera afflictio, sed ficta. Sup. *Ezech.*, cap. 7.
80. Corpus affligitur, sed anima gloriatur. Sup. *Ep. II, ad Cor.*, cap. 11.
81. Ille vere male affligitur, qui proximo suo negotium facit. Hom. 19, sup. *Genes.*
82. Afflictiones bene sensatæ animæ, festa sunt. Serm. de *Job et Abraham.*
83. Momentanea est afflictio, sed perpetua gloria. *Ibid.*
84. Ubique Deus ad vigilandum Apostolos animo preparat, afflictiones quidem ipsis tribuendo, affligere autem posse cæteris permittendo; ut tu ex hoc discas in afflictionibus esse victoriam, et præclara hinc statui trophæa. Hom. 34, super *Matth.*, in illud *Matth.* 10: *Cavebo ad hominibus, etc.*
85. Nihil congrua afflictione melius, purior tunc est anima, levior subtiliorque tunc est, sublimia videt, ac expedita est. Hom. 26, in *Acta Apost.*, in *Moral.*
86. Ubique alacritate opus est, et multo fervore; regnum enim non aliter acquiritur, nisi per crucem. *Ibid.* Hom. 31.
87. Anima quæ affligitur, non vult in nullis esse occupationibus, sed solum quietem amat. *Ibid.* Hom. 42.
88. Magnum bonum est afflictio, et noster pedagogus est afflictio. *Ibid.*
89. Magnum lucrum est, generose ferre afflictiones; est enim solatio peccatorum, gravior affligi: est philosophiæ schola, est virtutis doctrina. *Ibid.* Hom. 51, in *Moral.*
90. Ubi afflictio, ibi et consolatio; ubi consolatio, ibi et gratia. Hom. 26, super *Epist.* II, ad *Cor.*
91. Tunc anima purgatur, cum propter Deum affligitur; tunc majori fruatur auxilio, gratiamque meretur copiosorem. *Ibid.*, in *Moral.*
92. Magna afflictio, magnum gaudium parit, et abundantiam gaudii. *Ibid.*, Homil. 16.
93. Quod auro ignis est, hoc animabus afflictio, sordes purgans, puras reddens, splendidas efficiens et hilares. *Ibid.*, hom. 26, post init. *Moralis.*
94. Magna est afflictionum dignitas, quia conformis sit quisque morti Christi per afflictiones. Serm. 11, sup. *Ep. ad Philipp.*, post med. in illud 3: *Conformis factus morit ejus.*
95. Afflicto vinculum est infractum, dilectionis augmentum, compunctionis et pietatis occasio, atque materia. *Ibid.*, serm. 15, in *Moral.*
96. Non ducit ad civitatem celestem via quietis ac recreationis, sed afflictionis; illa spatiosa est, ista angusta. *Ibid.*
97. Non potest fieri, ut afflictiones sentiat homo ille, qui in afflictionibus gratias agit. Hom. 8, sup. *Ep. ad Coloss.*
98. Gloria est afflictio propter Christum tolerata; et quanto major fuerit, tanto illustrior erit gloria. Hom. 3, sup. *Epist.* II, ad *Thessalonic.*, in illud: *Primum, ut glorificetur nomen Domini.*
99. Impossibile est scire afflictiones afflictorum eum qui experimentum afflictionis non habuit. Homil. 7, sup. *Epist. ad Heb.*, in illud: *Non habemus Pontificem, qui non possit compati.*
100. Quid dulcius quam me Christi afflictionum fieri participem, atque hæc illius gratia perferri? quid huic solatio par esse potest? Homil. 1, sup. 1, ad *Cor.*, sup. illud: *Abundat et consolatio nostra.*
101. Non quanta est afflictio, tanta datur et consolatio, sed multo amplior. *Prosec.*
102. Non enim afflictionum magnitudinem sequatur modus consolationis, sed excellit consolatio, ut certaminum tempus rursus aliarum coronarum excipiat occasio.
103. Quid simile ob pietatem affligi, et innumeris solatiis a Deo refocillari? *Ibid.* in *Moral.*
104. Nullus communicat Christo delicatam agens vitam, nullus (inquam) istorum qui mollior ac dissolute vivunt: sed qui versatur in afflictione, et qui per angustam ingreditur viam, is demum vicinus adstat. *Ibid.* in *Moral.*

105. Ne doleas cum affligeris, cogitans primum quibuscum habes societatem: deinde quomodo per afflictiones repergeris, denique quantum lueri facias. *Ibid.*
- S. JOAN. DAM. 106. Non affligi, sed peccare, malum est: hæc demum afflictio gravis est. Lib. 1. *Parallel.*, c. 12.
107. Accidit nonnunquam, ut commodum ad salutem pharmacum sit afflictio. *Ibid.* lib. 2, cap. 81.
- S. ISIDORUS HISPALENS. 108. Tunc magis sunt Dei oculi super justos, quando eos affligi ab iniquis providentia superna permittit. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 38.
109. Afflictio hujus vite brevis est, et qui affligitur mortalis est. Lib. 1, de *Synonymis*.
- LUDOVICUS BLOSIS. 110. Ea crux et afflictio, quam Deus homini imponit, multo securius portatur, quam illa quam homo ex propria voluntate assumit. In *speculo spirit.* cap. 5.
111. Neum qui te juste quidem, sed tamen ex amore affligi permittit, magis quam hominem, qui te affligit, attende. Lib. *Enechirid. parvul.*, document. 4.
112. Qui modo multa pace male gaudent, magnis postmodum pressuris affliguntur. In *Apolog. pro Thaulero*, cap. 7.
- MINUTIUS FELIX. 113. Calamitas sæpius disciplina virtutis est, arumnis enim suis inelucti horuerunt. In suo *Octavia*.
- S. NILUS. 114. Fortiter perfer afflictiones, coronæ enim horum sunt, qui ex eis certamen sustinent. Paren. 173.
- PETRUS BLESIS. 115. Gloriosum est cuiuslibet Christiano, si affligitur; dummodo non sit turpis, sed in Christo commendabilis afflictionis occasio. Ep. 10, ad *Capellan. Regis Siciliæ*.
116. Omnis cordis aut corporis afflictio, citra meritum et fructum salutis est, sine patientiæ condimento. *Ibid.* Epist. 31, ad *Abbat. de Fontanis*.
117. Si dura sunt, quæ sentis, reputes te durioribus esse dignum. *Ibid.* Epist. 134, ad *Wilhelm. electum*.
118. Expedi tolerari dura, ne veniant duriora. *Ibid.* Ep. 137, ad *Alexand. de S. Albano*.
119. Illis jure gaudendum est, quibus et pro malis suis hic afflictio temporalis infertur: et pro bonis quæ gesserunt; præmiâ in celo sempiterna servantur. *Prosec.*
- S. PETRUS DAMIANUS. 120. Felix sane commercium, pressuris hic temporalibus atteri, et in illa postmodum perpetua lucis amenitate lætari. Ep. 6, ad *virum quemdam nobilissimum*.
121. Tunc leve nobis videbitur omne quod patimur; si gravis esse perpendimus quod mereamur. Epist. 14, ad *Sorores suas*.
122. Labor piorum exercitatio est, non damnosa. Sent. 275, apud *Dio. Augustin.*
123. Quanto justus durius premitur exteriori, tanto delectabilius gloriatur interiori. De *Bertramino minore*, cap. 35.
124. Quanto mundi malis justj acerbius arguitur, quanto gravioribus flagellis atteruntur, tanto ad Dei amorem vehementius accenduntur. Lib. 2, de *Contemplat.* cap. 24.
125. Nequaquam nobis dolenda est hæc afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem esse virtutum. Lib. 1, de *Gubernat. Dei*, sup. illud II *Cor. 12: Virtus in infirmitate perficitur*.
126. Perspicuum est cuncta quæ affliguntur judicio Dei percipi, sed tamen propter peccata subverti. *Ibid.*
127. Quantalibet nobis anxietatum patens vitæ presentiat, amplior est afflictio, parva toleramus, si recordamur quid biberit ad patibulum, qui invitavit ad Cælum. Lib. 9. Epist. 4, ad *Græcum. Episcop.*
128. Quanto frequentior vexatio tribulantis, tanto laudabilior virtus patientis. Serm. 5, ad *Novitios*.
- SENTENTIE PAGANORUM.
129. In infortunis virtus relucet. 1. *Elithor.*, cap. 2.
130. Calamitas æquo animo ferenda est, et, si quid humanitus contigerit, non est impatienter legendum. Syzygia 4, in *Dialogo Menæzeni*.
131. Ipsi Deus consultit, quos esse quam honestissimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid animose fortiterque faciendi. In lib., de *Divina Provid.*, cap. 4.
132. Calamitas virtutis occasio est. *Ibid.*
133. Erratis, si quem judicatis exceptum: venit ad illum diu felicem portio: quisquis videtur dimissus esse, dilatus est. *Ibid.*, cap. 4.
134. Magis urgent sæva inexpertos. *Ibid.*
135. Quid miraris bonos viros, ut confirmantur, conenti? *Prosec.*
136. Non est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequens ventus incurrat.
137. Ipsa enim vexatione constringitur, et radices certius figit. *Ibid.*
138. Quædam nos magis torquent, quam debeant: quædam ante torquent, quam debeant; quædam torquent, cum omnino non debeant; aut augerent dolorem, aut fingimus, aut precipimus. Ep. 13.
139. Grandis impietas in Deum affligere hominem. Sent. 88.
- S. PROSPER. RICHARD. A. S. VICTORE. RICHARD. A. S. VICTORE.
- S. SALVIANUS. S. SIDONTIUS. THOMAS A. KEMPIS.

- AGUSTIN. 1. Agricola cum labor honestus et sanctus est. De *Opere Monach.*, cap. 3.
2. Agricultura omnium artium est innocentissima. De *Hæres. ad Quod vult Deum*, quest. 46.
- S. GREGOR. MAGNUS. 3. Agricola illam amplius terram amat, quæ post spinas uberes fruges profert; quam eam quæ nunquam spinas habuit, et nunquam fertilem messem protulit. Homil. 34, sup. *Evang.*
- S. JOANN. CHRYSOST. 4. Agricola semper tempus messis expectat. Hom. 48. *Oper. imperf. sup. Matth.*
- S. PETRUS DAMIANUS. 5. Villicus, quanto in commissa largiori possessione beator, tanto est in reddenda ratione miscrior. *Prosec.*
6. Tantoque debet plura, cum reddit; quanto gloriatur, ampliora cum accipit. Opusc. 13, cap. 15.
7. Omnis agricola est artifex, quoniam ars est agricultura. Lib. *Quod deterius potiori*, etc.
- PHILO DEBUS. S. THOMAS A. KEMPIS.

- ARISTOTEL. 8. Agricola magis appetunt lærum, quam honores. 6. *Politico*.
9. Agricultura possessio est maxime naturalis et justa. *Oeconomic.* 1.
10. Bos pauperibus est pro servo. 1. *Politico*.
11. Delectabilis est agricolis laborare, quam principari. 6. *Politico*.
12. Agricola, qui necessaria non habent, circa opera morantur, et aliena non concupiscunt. *Ibid.*
- CICERO. 13. Vita hæc rusticæ, quam tu agrestem vocas, parcimonie, diligentie, justitiæ magistra est. Orat. 2, pro *Roscio*.
14. Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, agricultura melius; nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. Lib. 1, de *Offic.*
15. Voluptates agriculturalum, nulla impediunt senectute. De *senectute*.
16. Agro bene cultio nihil potest nec usu esse uberius, nec specie ornatius, nec natura pulchrius. *Ibid.*
17. Mea sententia est, haud scio an ulla vita possit esse beator agricolæ. *Ibid.*
18. Non solum quidem officio hominum, agrorum cultura est salutaris, sed et delectatione et saturitate, copiae rerum omnium, quæ ad vitam hominum pertinent. *Ibid.*
19. Ager, quamvis fertilis, sine tamen cultura fructuosus esse non potest. Lib. 2, *Tusc. quasi*.

- Etymologia.* Alacer dicitur quasi minime læcer, et Alacritas, quasi non acritas, vel absque acritate.
- Definitio.* Alacritas est animi, ad bonum opus perficiendum, læta et circumspecta promptitudo. De *fructibus carnis et spiritus*, cap. 12.
- Alacritas est declaratio voluntatis promptæ ad agendum. Syzygia 6, de *Definit.*
- Productio.* Alacritas cordis ex desiderio et amore nascitur. Sup. *Psal.* 80.
- Comparatio.* Sicut in senibus gravitas, sic in juvenibus alacritas velut quadam dote nature commendatur. De *ordine vite*.
- RICHARD. A. S. VICTORE. PLATO. ROBERTUS BELLARM. BONAVENT.

1. Unica ratio vincendi diabolum est lætitia spiritualis, De *vita S. Antonii*.
2. Qui dat, sic servet hilaritatem, ut qui accipit, non perdat securitatem. De *Amicitia*, cap. 25.
3. Omnia opera vestra in unum sunt, majori studio, et frequentiori alacritate. In *Regula* 3.
4. Bonus plane est, qui spiritu alacer, charitate fervens, et pietate devotus. Serm. 54, sup. *Cant.*
5. Alacritas laudantium Deum, quemdam in terrenis representat celestis habitationis statum. *Ibid.* Serm. 11.
6. Promptitudo humilitationis attenditur in alacritate executionis. Lib. 2, de *perfectu religios.*, cap. 39.
7. Maximum inhabitantis gratiæ signum, spiritualis est lætitia, ac alacritas. In *speculo discipul.* part. 1, cap. 2.
8. Miles, expectans præmia, alacer est in bellum. *Cateches.* 18.
9. Servo Dei non convenit exterior tristitiam ostendere, aut faciem habere turbulentam. *Apostheg.* 48.
10. Quicquid boni facis, cum hilaritate fac, et tunc bene facis: si autem cum tristitia facis, nil de te, non tu facis. Sup. Ep. II, ad *Cor.*, cap. 9, in illud. *Hilarem dolorem*, etc.
11. Qui miseretur cum alacritate, bonum animi promptitudine duplicat: quod autem ex tristitia datum, ingratum est et indecorum. *Prof.*
12. Beneficentia cum lætitia, et non cum tristitia est amanda. Orat. 17, de *PauPERT.*
13. Deus alacritatem ipsam pro magna acceptat commendatione. Orat. 3, de *S. Lavacro*.
14. Ferventissimi in terrenis frigidissimi in celestibus, et summam in rebus parvis exhibentes alacritatem, ad majora torpescimus. Ep. 1, ad *Demetriadem*.
- S. ATHANAS. AUGUSTIN. S. BERNARD. S. DONAVENT. S. CYRILLUS BIERGOLVM. S. FRANCISCUS ASSISIENS. GLOSS. ORD. S. GREGORIUS NAZIANZ. S. HIERON.

- HUGO 15. Alacritas securum hominem reddit. Lib. 3, a S. VICTORE. de *Claustro Animæ*, cap. 5.
- HUGO CARD. 16. Ut delectet labor et patientia, Dominus dat alacritatem in affectione. Sup. *Genes.*, cap. 48.
17. Optimum antidotum contra omnes tentationes est alacritas seu lætitia spiritualis. Sup. *Epist.* 1, ad *Thess.* cap. 5.
- JOAN. CASS. 18. Freqventer peralacritatem spiritus, saluberrimæ compunctionis fructus emergit. *Collat.* 9. *Abbat. Isaac.*, cap. 2.
- S. JOANNES CHRYSOSTOM. 19. Solet alacritas anima, si quando vehementior fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Hom. 41, sup. *Gen.*
20. Nos qui non de terra in terram vocamur ut Abraham, sed de terra in cælum; et tamen non eandem ut ille alacritatem obediendo exhibemus sed frigidas plerumque et inutiles præteximus causas. *Ibid.* Hom.
21. Magnitudo non in multitudine, sed ex alacritate tantum judicatur. *Ibid.*, homil. 33.
22. Hic alacris est, qui nimium sibi non confidit. Homil. 38. sup. *Epist.* 1 ad *Cor.*
23. Mentis alacritas naturam ipsam superat. Sermo. 13. sup. *Epist.* ad *Ephes.*
24. Qui nihil ultra necessariam sufficientiam requirunt, et in gratiarum actione vivunt, et in omni alacritate funt et splendore. Hom. 1. sup. *Ep.* ad *Coloss.*
25. Quemadmodum ignis indiget lignis, ita gratia alacritate hominis opus habet, ut fervere perpetuo possit. Hom. 1 sup. *Ep.* II. ad *Tim.*
26. Progredere, et multa cum alacritate descendas ad certamina. Homil. 67. ad *Popul. Antiochen.*
- S. JOAN. DAM. 27. Adsit animi alacritas, et nihil erit quod impedimentum afferat. Lib. 3. *Parall.* cap. 26.
- S. PETRUS DAMIANUS. 28. Dum verberibus cingeris, dum celestis disciplina tuncionibus castigaris, non mentem desperatio deprimat, non querela murmurationis erumpat, non tristitie mœror absorbeat, non impatientem pusillanimitas reddat: sed semper serenitas in vultu, alacritas in mente, gratiarum actio resultat in ore. Lib. 8. *Ep.* 6. ad *quemdam virum nobilissim.*
29. Tenuis mensa, cibus asperior, simplicior potus corpus firmant, confirmant animum, et utriusque hominis statum reddunt alacriorem. Serm. 56. de *S. Martino.*
- PHILO. 30. Beata ea natura est, quæ omnia læto atque hilari animo excipit, nec ullis omnino rerum eventibus discrediat, sed tanquam bonis et utilibus alacriter acquiescit. Apud Joannem Damascenum, Lib. 3. *Parallel.* cap. 49.
- S. PROSPER. 31. Cum bonum operaris, hilaris operare: nam si quid boni tristis feceris, fit de te magis, quam facis. Sentent. 118.

32. Mens alacris et serena, Spiritus sancti habitaculum est. Lib. 2. cap. 4. de *Vita Joannis.*

SENTENTIE PAGANORUM.

33. Non potest jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur: nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde. Lib. 1. de *Finibus.*
34. Non potest jucunde vivi, nisi virtute vivatur. Lib.
35. Lætiore videbis, quos nunquam fortuna respexit, quam quos deseruit. *De Tranq. Anim.* cap. 8.
36. Alacres et recti, quocumque res nos tulerit intrepido gradu properemus. *De Consol. ad Helviam*, cap. 8.
37. Animus debet esse alacer, et fidens, et supra omnia erectus. *Epist.* 23.
38. Philosophia animum præstat alacrem. *Ep.* 30.
39. Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis et suppurata tristitia. *Ep.* 80.
40. Si vis cum lætitia animi vivere, noli multa agere; in multis enim actionibus minor eris. Sent. 253.

ALEARUM LUDUS.

Vide Ludus.

AMARITUDO.

Definitio. Amaritudo, est spiritualis expertus gaudii quedam distincta mentis solitudo; et ex alieno bono ægrotatio. *De fructibus carnis et spir.* cap. 5

Amaritudo est injucundus, atque insuavis motus in animo considens. Gradus 8.

SENTENTIE PATRUM.

1. Amor Dei omnem amaritudinem vertit in dulcedinem. Serm. *Dominic.* 5. post *Pascha.*
2. Dulcedo hujus seculi ad tempus fauces inducitur, sed in magnam amaritudinem postea convertitur. Sup. *Psal.* 123, vers. 4. *Torrentem pertransivit anima nostra.*
3. Melius est modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in visceribus. *De decem chordis*, cap. 9.
4. Ideo Deus felicitalibus terrenis amaritudines miscet, ut aliqua queratur felicitas cujus dulcedo non fallat. *De Verb. Domini*, serm. 29.
5. Si nulla esset mortis amaritudo, non esset magna Martyrum fortitudo. Serm. 33. de *Verbis Apost.*
6. Dulce est peccatum, fed amara est mors. Hom. 42 de *quingaginta homil.*
7. Amaritudo justitiæ medicamentum est virilis ætatis: dulcedo autem justitiæ, muscipula

est juvenilis temeritatis. Serm. 2. *Dom.* 28. post *Trin.*

8. Fallax dulcedo est, quam plures atque majores amaritudines consequuntur. Lib. 1. de *diversis quæst.* ad *Simplician.*, quæst. 1.

9. Amara est veritas, et qui eam amant vel prædicant, sæpe replentur amaritudine. Serm. 35. ad *Fratr. in eremo.*

10. Peccatoribus panis veritatis amarus est. Sup. *Psal.* 8, vers. 12.

S. BERNARD. 11. Ecce in pace amaritudo mea amarissima: amara prius, in nece martyrum; amarior post in conflictu hereticorum: amarissima nunc, in moribus domesticorum. Serm. 53. sup. *Cant.*

12. Amara est veritas sine condimento gratiæ. *Ibid.* Serm. 14.

13. Verus amor non habet amaritudinem. Ser. 13. ad *Sororem.*

14. Nulla est tanta amaritudo, quam non prophæta farina dulcoret, quam non sapidam reddat sapientia lignum vite. In serm. de *Convers. ad Clericos*, cap. 30.

15. Quæ voluptas, ubi totum sibi vendicat amaritudo? *Ep.* 310. ad *Arnoldum Abbat. Bonævall.*

BOETIUS. 16. Non est dignus dulcoris acumine, qui amaritudinis necit inviscari gravamine. *De disciplina scholarium*, verbo *Non est.*

S. BONAVENT. 17. Humana felicitas variis amaritudinibus respersa est. Sup. 129. Exp. *Psal.* II.

18. Cui sapit Christus, amarus est illi mundus; quia gustato spiritu Christi, desipit omnis caro. In *Collat. de Contemptu mundi.*

19. Qui terrenis inhæret, invenire non potest, nisi quod in terrenis læbet, scilicet amaritudinem. *De septem itineribus*, in itinere tertio, a. 4. dist. 5.

20. Gustanti Deum, omnis delectatio mundi videtur amaritudo. *Opuscul. Oraculo* 30.

S. AUGUSTIN. 21. Mens justi semper in amaritudine est, etiam in prosperis, quam amaritudinem adversitas ingeminat. Sup. *Job* cap. 25. in illud; *In amaritudine est sermo meus.*

22. Satius est, fratres, hic sustinere parvam amaritudinem, et postea ad æternam beatitudinem pervenire, quam hic habere falsum gaudium, et illie sine fine supplicium. Sup. *Isaiam.*

23. Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem, sed fructus doloris sanitate monstratur. Sup. *Ezech.* cap. 7.

S. GREGOR. MAGNUS. 24. Cum justus æternæ patriæ quanta sit dulcedo considerat, pro ea presentis vite amaritudines ardent amat. Lib. 7. *Moral.* cap. 6.

25. Si mens in Deum forti intentione dirigitur, quidquid sibi in hac vita amarum fit, dulce estimat. *Ibid.* cap. 7.

26. Undique amaritudinibus mundi replemur, et tamen cæca mente carnalis concupiscentiæ, ipsas amaritudines amamus. Homil. 28. sup. *Evang.*

27. Si dulcia vera appetimus, prius necesse est, ut hic amara toleremus. Lib. 26. *Moral.* cap. 12.

28. Vita nostra ad tempus amarescat in penitentia, ne æternam amaritudinem sentiat in vindicta. Hom. 2. sup. *Evang.*

29. Amaritudo in poculo displicet, sed restituenda per amaritudinem salus placet. *Ibid.* Hom. 3.

30. Quid detestabilius in vitis, quam amaritudo tristitiæ secularis? Lib. 5. in *1. Regum.* cap. 1.

31. Caro delectationibus pascitur, anima vero amaritudinibus vegetatur. In *septem Psalmos Pœnit.* sup. *Psal.* III. vers. 16.

32. Neque electis suis Deus in hac vita promisit gaudia delectationis, sed amaritudinem tribulationis. Lib. 9, in *Registro*, indict. 4, cap. 39, *Ep.* 39, ad *Theolistam Patriciam.*

33. Ut medicina more per amarum poculum, ad dulcedinem æternæ salutis redeant. *Ibid.*

34. Si qua presentis temporis ita agenda est lætitia, ut nunquam amaritudo sequentis judicii recedat a memoria. Hom. 39. sup. *Evang.*

35. Laudem amaritudo comitatur. *Ep.* 19, ad *Eustochium.*

36. In omnibus pene rebus humanis, amaritudo præsentis doloris commendat amplius gaudia secutura. *Ep.* 5. *Ad virginem in exilium missam.*

37. Optandum est etiam quamvis sit amarum, quod lucrum parit. *Ibid.*

38. Radices amaræ sunt, fructus dulces. Lib. 1, sup. *Hierem.* cap. 1.

39. Quod raritate dulce est, assiduitate in amaritudinem vertitur. Lib. 8. sup. *Oscam*, cap. 13.

40. Amaritudo contraria dulcedini est. Lib. 3. sup. *Epist.* ad *Ephes.* cap. 4.

41. Amaritudo et furor species sunt iræ. *Ibid.*

42. Veritas malis et impertis amara est. Sup. *Ep.* ad *Rom.*

43. Amarum est labor operis, nisi adsit pinguedo devotionis. Sup. *Genes.* cap. 41.

44. Suavitas presentis prosperitatis, quæ prius dulciter sapiebat, per vim tentationis amarescit. Sup. *Job*, cap. 33.

45. Fallacis boni gaudia tantis amaritudinibus admixta sunt, ut jure displicere debeant. Sup. *Ecclesiasten.* cap. 2.

46. Amarior est mulier morte, qua amaritudo mortis momentanea est, amaritudo autem mulieris æterna, et ideo major. *Ibid.* cap. 7. sup. illud: *Inveni amariorem morte mulierem.*

HUGO

S. VICTORE.

S. JOAN. CLIV.

S. ANTONIUS

DE PAD.

S. FRANCISCUS

ASSISIENSIS.

S. AUGUSTIN.

GLOSS. ORDIN.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO

HUGO CARD.

47. Peccata, quae in se amarissima sunt, dulcia reputantur; et virtutum opera, quae in se dulcissima sunt, amara existimantur. Sup. *Isaïam*, cap. 5.
 48. Mali quod cum suavitate hic hiberant, in morte cum amaritudine evoment, Sup. *Hierem.*, cap. 48.
IDIOTA. 49. Tota vita praesens et misera, amaritudinibus respersa est. Lib. 5. *de Contempl. de morte*, cap. 8.
S. JOANNES CHERYSOSTOM. 50. Amaritudinem dulcedo non patitur. Hom. sup. illud Joan. 4. *Veniet hora quando veri adoratores, etc.*
 51. Amaritudo delicti, ipsum intellectum rationemque subvertit. Hom. 31, sup. *Ep. ad Hebr.*
LACT. FIRM. 52. Amara sunt vitiosus ac male viventibus praecipua iustitiae. Lib. 1. *de Falsa religion.* cap. 4.
 53. Virtutibus amaritudo mixta est. *Ibid.* cap. 1.
 54. Omnia amara et gravia, patienter ferenda sunt. Lib. 6. *de Vera cultu*, cap. 4.
S. PROSPER. 55. Repudiatur dulcia, desiderantur amara. *De promission.* part. 2, cap. 8.
 56. Sanitatis amissae dulcedinem, languoris amaritudo commendat. *Ibid.* cap. 19.
 57. Per amaritudinem inferiorem docetur homo amare meliora; ne visitor tendens ad patriam, stabulum pro domo diligit. Sent. 186.
PRUDENTIUS. 58. Non est amarum, quo reformatur salus. In *Hymno Romani Mart.*
S. VALERIAN. 59. Multum verbis honoris accrescit, si dulcisonos organi sensus nulla mentis amaritudo confundat. Hom. 5. *de Oris insolentia.*
 60. Cor ipsum hominis, quamvis sit virum et sapiens, integra prudentia caret, si amaritudo fellis infecerit. *Ibid.*

SENTENTIAE PAGANORUM.

CICERO. 61. Amari jucundum est, si curetur ne quid insit amari. Lib. 4. *de Arle Rhet. ad Herennium.*
VALENIUS MAXIM. 62. Divitum frons hilaris, sed multis Intus amaritudinibus mens est referta. Lib. 4. *Dict. memorab.* cap. 4.
 63. Duæ res, quae hominibus amarissimæ videntur, sunt senectus et orbitas. *Ibid.* Lib. 6. cap. 2.

AMBITIO.

HUGO CARD. *Definitio.* Ambitio est appetitus honoris, vel dignitatis. Sup. *Prob.*, cap. 30.
IDIOTA. Ambitio est, cum quis querit sui exaltationem, et proximi dejectionem. In *Contemplat. de Amore divino*, cap. 25.

Ambitio est presumptio impellens in arduum, presertim sub dignitatis actione apprehensum, neglecto aut non habito merito. Part. 4, in *Descript. termin.*, cap. *Fortitudo.*
 Nihil aliud est ambitio, quam honoris affectatio. Part. 4. Lib. 3, *de Erudit. hom. inter.*, A S. VICTORE cap. 13.
 Ambitio est vitiosus quidam magnanimitatis excessus, quo quispiam honorem non debitum, aut debitum quidem, sed vel ardentius, vel ad alium finem quam oportet, concupiscit. Secunda secunda quaest. 131.
 Ambitio peccatum est, quo quis inordinate honorem desiderat, vel quem non mereatur, vel quem non in Deum, sed ad sui ipsius tantum utilitatem refert. *Ibid.* 131, art. 1.
 Ambitio est habitus animae perniciosus, qui profundit omnem sumptum quo questum honoris absque ratione. Syzygia 6, *de Definit.*
Descriptio. Ambitio est subtile malum, secretum virus, pestis ocella, doli artifex, mater hypocrisis, livoris parens, vitiatorum origo, criminum fomes, virtutum arugo, linea sanctitatis, execratrix repudium. Serm. 6, sup. *Qui habitat.*
Divisio. Duo sunt genera hominum ambitioni servientium; unum videlicet, quod semper ad avaritiam blandimentis utitur linguae; aliud vero, quod aperta vi intendit rapinae. Lib. 20. *Moral.* cap. 15.
 Quatuor sunt species Ambitionis; prima, affectatio libertatis; secunda, affectatio dignitatis; tertia, affectatio auctoritatis; quarta, affectatio potestatis. Part. 4. Lib. 3, *de Erudit. homin. inter.*, cap. 13.
Productio, proprietas. Haereseon mater, est principatus cupiditas. Sup. *Ep. ad Galat.*, cap. 5.
 Ambitio mater hypocrisis est, latebras amat et tenebras, lucis impatiens est. *Prose.*
 Ambitio spurcum vitium est, in imo jacet: videt tamen omne sublime, sed videri ipsa refugit.
 Ambitio, cum prorumpit in impudentiam, efficaciam perdit: et, cum improbus affectus se aperit, perit effectus. Epist. 26, *ad Episcopos Aquitaniam.*
 Ambitiosus semper est pavidus, ne quid dicat, vel faciat, quod in oculis hominum valeat displicere. *Prose.*
 Humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur et obsequitur.
 Cunctos honorat, universis inclinat, frequentat curias, visitat optimates, assurgit et amplexatur, applaudit et adulatur.
 Promptus est et fervidus, ubi placere cognovit; remissus et tepidus, ubi putaverit displicere.

JOAN. GENS.
 RICHARD.
 A S. VICTORE
 S. THOMAS AQUINAS.
 PLATO.
 S. BERNARDUS
 S. GREGORIUS MAGN.
 RICHARD.
 A S. VICTORE
 S. BERNARDUS
 S. JOANNES CHERYSOSTOMUS
 S. INNOCENTIUS III.
 SENECA.
 S. JOANNES CHERYSOSTOM.

Improbata mala, detestatur iniqua, alia cum aliis probat et improbat, ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab omnibus, ut a singulis approbetur.
 Et ecce gravem intra se sustinet pugnam, difficilemque conflictum, dum iniquitas pulsat animum, et ambitio continet manum: et quod illa suggerit faciendum, haec fieri non permittit.
 Collidunt tamen ad invicem mater et filia, iniquitas, et ambitio; nam mater in aperta subsistit, et filia, in occulto non resistit; haec enim sibi vindicat publicum, illa secretum. Lib. 2, *de Contempt. mundi*, cap. 26, per totum.
 Ambitiosus libenter agit de principatu, quem ambit, et dicit: O quando principabatur ille, qui severus sit in iustitia, pius in misericordia? *Ibid.*
 Si forte haec arte non proficit ambitiosus, recurrit ad aliam: advocat Simonem, accedit ad Giezi. *Prose.*
 Per hunc ab illo nititur emere, quod per se non praevalere obtinere; supplicat et conmittit, offert et tribuit.
 Proh dolor! gratiam, quam gratis adipisci non potuit, per fas et nefas nititur adipisci.
 Nec desistit adhuc, sed instat et invadit violenter honorem, et impudenter arripit dignitatem amicorum suffragio, presidio propinquorum.
 Tantoque dominationis inflammatur ardore, tanta libidine presidendi, ut nec schisma abhorreat, scandalum non formidet. *Ibid.*, cap. 27, per totum.
 Statim ut ambitiosus promotus est ad honorem, in superbia extollitur, et in jactantiam effrenatur. *Prose.*
 Nec curat prodesse, sed gloriari praeesse; praesumit se meliorem, quia crevit in superiorem; at bonum facit non gradus, sed virtus: non dignitas, sed honestas.
 Priores dedignatur amicos, notos ignorat haerens, comites contemnit antiquos.
 Vultum avertit, visum extollit, cervicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur.
 Subesse non patitur, praeesse molitur; prelati infestus, subditis onerosus.
 Molestia non suffert, concepta non differt, praecipit et audax, gloriosus et arrogans, gravis et importunus. *Ibid.*, cap. 30, per totum.
 Habet hoc vitium omnis ambitio, non respicit, sed aspiciet. *Prose.*
 Non tam illi jucundum est multos post se videri; quam grave, aliquem ante se.
 Non quos vincat, sed a quibus vincatur, aspiciet. Ep. 72.
Comparatio. Sicut avari, quanto plura accepe-

rint, tanto pluribus egent: ita ambitiosi superbi, quanto majori funguntur honore, tanto plus ambire concupiscunt. Hom. 43, *ad Popul. Antioch.*
 Ambitio est quaedam simia charitatis. *Prose.* PETRUS BLES.
 Charitas enim patiens est pro aeternis, ambitio patitur omnia pro caducis.
 Charitas benigna est pauperibus, ambitio divitiibus.
 Charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate.
 Utraque omnia credit, omnia sperat, sed longe dissimili modo, haec ad gloriam hujus vitae, illa ad gloriam sine fine.
 Charitas nunquam excidit, ambitio nunquam surgit. Ep. 14, *ad Sacellanos Regis Angliae.*
 SENTENTIAE PATRUM.
 1. Potentia cupiditas, seu ambitio, formam justitiae virilem effeminat. *Prose.* S. AMBROSIIUS.
 2. Quomodo enim potest pro aliis intervenire, qui sibi subire conatur?
 3. Quomodo infirmo adversus potentes potest opem ferre, qui ipsi gravem libertati affectat potentiam? Lib. 1. *Offic.*, cap. 28.
 4. Ordinatio mundi a Deo, opera mundi a diabolo; a Deo potestatum ordinatio, a diabolo ambitio potestatis. Lib. 4, in *Lucam*, cap. 4, sup. illud. *Et ostendit illi omnia regna mundi.*
 5. Hoc ipso perniciosior est ambitio, quod blanda quaedam est conciliatricula dignitatum. *Prose.*
 6. Saepe quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, nullaque avaritia, subruere facit ambitio criminosa.
 7. Habet enim forensium gratiam, domesticum periculum; et ut dominetur aliis, prius servit.
 8. Curvatur obsequio, ut honore donetur: et dum vult esse sublimior, fit remissior, cum in ipsa potestate quod praecellit, alienum est. *Ibid.*
 9. Hoc remedium datur, quo telum ambitionis obtundas, ut soli Domino servias; caret enim ambitione religiosa devotio. *Ibid.*
 10. Adorat et honorat, et servit ambitiosus indebita eum, a quo honorem et dignitatem sperat. Part. 2, tit. 3, cap. 5. S. ANTONINUS.
 11. Hoc maximum habet vitium ambitiosus, quod non respicit Deum, vel se, vel alios, sed per fas, et nefas, et mille pericula ad dignitatem tendit, quam appetit. *Ibid.*
 12. Ambitiosus omnium est servus, et tributarius. *Ibid.*
 13. Ambitiosus nulli parcat ut regnet, dominum ejus non patitur socium. *Ibid.*
 14. Tollit ambitio quietem mentis, inducens multas amaritudines, maxime quando queritur dignitas, vel quaesita possidetur. *Ibid.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 15. Infelix prorsus ambitio, quæ ambire magna non novit. *Prosec.*

16. Caveant ergo sibi, qui primas cathedras ambiunt, ne secundis omnino careant. *Serm. Dom. 2, post Pascha.*

17. O infelix ambitio! tu qui dignitatis culmen affectas, tuæ gratiæ exitium, tuæ famæ dispensium, tu corporis periculum inquiris. *Serm. Dom. 17, post Trinit.*

S. AUGUST. 18. Ambitio quid nisi honores quærit et gloriam? cum sit præ cunctis honorandus Deus. *Lib. 2. Conf., cap. 6.*

19. Amor laudis gloriæ, et affectatio dominandi, si bestiarum non sunt, non tamen earum rerum libidine meliores nos esse arbitrandum est. *Lib. 1. de Lib. arb., cap. 8.*

20. Gloriæ cupidus videmus, ut ad desiderata perveniant, adeptisque non careant, soles, imbres, glacies, fluctus et procellosissimas tempestates, aspera et incerta bellorum, immanium plagarum letus, et vulnera horrenda, non inevitabili necessitate, sed culpabili voluntate perferre. *De Patient., cap. 3.*

21. Libido ista dominandi magnis malis agitatur, et contenti genus humanum. *Lib. 3, de Civit. Dei, cap. 14.*

22. Qui contemptor gloriæ, dominationis est avidus, bestias superat, sive crudelitate vitæ, sive fluxu luxuriæ. *Ibid., lib. 5, cap. 16.*

23. Inter bonos et males discrimen nullum est, omnia virtutis præmia ambitio possidet. *Ibid., cap. 12.*

24. Locus superior, sine quo regi populus non potest (etsi teneatur atque administratur ut decet) tamen indecenter appetitur. *Ibid., lib. 19, cap. 19.*

25. Noluit Christus regnum terrenum cum superbia, quæ ideo cathedra pestilentiæ recte intelligitur, qui, non fere quisquam est, qui careat amore dominandi, et humanam non appetat gloriam. In septem *Psalm. Ponit., sup. Psalm. 1, Et in cathedra pestilentia, etc.*

26. Transit honor huius sæculi, transit ambitio; quæ hic honorant, in morte onerant; quæ hic relevant, ibi gravant. *Ep. 23, ad Maximum.*

27. Homo, cum dominari appetit (etsi populi serviant) ipsa ei dominandi libido dominatur. *Lib. 1, de Civit. Dei, cap. 1.*

28. Diabolus regnat in mundo, cum ambitio regnat. *Serm. 23, ad frat. in eremo.*

29. Honorum continuandorum facultas non esset, nisi ambitio prævaleret. *Lib. 1, de Civit. Dei, cap. 31.*

30. Minime ambitio, nisi in populo avaritia, luxuriæ corrupto, prævaleret. *Ibid.,*

31. Diabolicus morbus est ambitionis crimen, s. BASIL. MAG., quod supræmæ diaboli malitiæ signum est. *In constitutionib., cap. 9.*

32. Regnum cælestis amantem gloriæ, sui cupitorem repellit, ambitiosa desideria rejicit: humilitatis est merces, non ambitionis diversorium. *S. BASIL. SELEUCENS., Orat. 28.*

33. Ambitio multos mortales falsos fieri cogit. *V. DEDA., In suis Proc. verbo Ambitio.*

34. Ambitionis vanitatem virtus charitatis excludit. *S. BERNARDUS, Serm. 1, de Octav. Pascha.*

35. Tutius sane æmulanda sunt solidiora, quam sublimiora; et quæ magis virtutem redoleant, gloriam minus. *Serm. 1, de S. Victore.*

36. Ambitionis via, adoratio diaboli est: quæ videlicet ad honores et gloriam mundi perveniendum suis ille adoratoribus pollicetur. *Serm. 6, sup. Psalm. Qui habitat.*

37. Pro episcopatibus, et archidiaconatibus, abbatibus, aliisque dignitatibus, impudenter hodie decertatur, ut ecclesiarum reditus in superfluitatis et vanitatis usus dissipentur. *Ibid.*

38. Difficile est ut, ex amara radice ambitionis, suavis fructus prodeat charitatis. *In Serm., de Convers. ad Clericos, cap. 30.*

39. Improbe satis præesse affectas, quibus prodesse non curas; et quorum non zelus solum, subjectionem nimis ambitiose vendicis tibi. *Serm. 23, sup. Cant.*

40. Videmus illos, qui jam proprios humeros cupite sarcinæ submiserunt, non solum non gemere tanquam sub onere, sed insuper appetere plus onerari. *Prosec.*

41. Non deterrentur periculis, quæ ambitione cæcati non vident, sed favoribus amplius quos illis invident, provocantur.

42. O infinita ambitio, et insatiabilis! cum primos honorum gradus meruerit quis in Ecclesia; meruerit autem vel vite merito, vel pecunie, sive etiam carnis et sanguinis prærogativa; non ideo cor quiescit, duplici semper æstuans desiderio, quo utique magis ac magis dilatetur in plura, et ad celsiora sublimetur.

43. Cum factus quis fuerit in quacunque ecclesia decanus, præpositus, archidiaconus, aut aliquid huiusmodi, non contentus uno in una, plures sibi, imo quotquot valet conquerere honores satagit, tam in una, quam in pluribus; quibus tamen omnibus, libenter unius præferet episcopi dignitatem.

44. Factus quis episcopus, archiepiscopus esse desiderat: quo forte adepto, rursus nescio quid altius somnians, laboriosis itineribus, et sumptuosis familiaritatibus Romanum statuit frequentare palatium, quæstuosas sibi quasdam exinde

comparans amicitias. *Epist. 42. ad Henricum Senonens. archiepisc.*

45. O nova et exosa perversitas, mira sed cæca ambitio! magis imis, quam summis declari. *Epist. 78. ad Sugerium, Abb. S. Dionysii.*

46. Quo gloria plus affectatur, eo minus apprehenditur; ubi deprehenditur affectari, quid tam inglorium, quam gloriæ cupidum deprehendi? *Epist. 26. ad Episcopos Aquitanie.*

47. Ineluctus erit ambitiosus quando in nocte versabitur, et donec turpis lucri negotium perambulabit in tenebris. *Ibid.*

48. Est sobria quedam, et quodammodo oculata ambitio, molens saltem caute, etsi non caste; si valet proficere, clam negotia sua curat; sin vero, manet in se, et pudoris umbram non deserit. *Ibid.*

49. O præceps et frontosa libido dominandi! ô impatiens et effrenis turpis quæstus cupiditas! o ardor intemperans! o cæca et pudenda ambitio! *Ibid.*

50. Sævit frustrata ambitio, imo desperata furit. *Ep. 231. ad Eugen. Pap.*

51. Nullum venenum, nullus gladius plus formidandus est, quam libido dominandi. *Lib. 3. De Consid.*

52. O ambitio ambientium crux! omnes torquens, omnibus placet. *Prosec.*

53. Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat, nil tam apud miseros mortales celebrius negotiis ejus. *Ibid.*

54. An non limina Apostolorum plus jam ambitio, quam devotio terit? *Ibid.*

55. Quoties hominibus præesse desidero, toties Deum meum præire contendo. *Hom. 1. sup. Missus.*

56. Infelix prorsus ambitio, quæ ambire magna non novit: quærens de modico crescere, et de maximo minui. *In Declamat.*

57. Ambitiosus cupidus laudis humanæ, adeptus dignitatum titulis, seu favoribus, nullum exinde capit omnino remedium, sed desiderio æstuat ampliori. *Ibid.*

58. Quantum ascenderunt mali per ambitionem in mundo, tantum descendunt per damnationem in inferno. *Serm. 4. de Ascens.*

59. Non est humilis cordis indicium, pretiosa affectare et excelsa ambire. *De sex alis Seraphim., cap. 26.*

60. Magna superbia est, altum ambitione petere gradum: ad alta semper diabolus suadet, honores ambire, et fugere respectum. *In Alphabet. religiosorum.*

61. Ambitionis salsugo, ita bibulam animam occupat, ut per fas et nefas ad loca superiora se

ingerat. *De Cardinalibus operibus Christi ad Corneliu Papam, cap. 4.*

62. Ad suasionem diaboli, animam vanitati subjectam dejecit ambitio. *De jejuniis et tentat. cap. 5.*

63. Etiam in sinu sacerdotum ambitio dormit; ibi sub umbra recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. *Ibid., cap. 6.*

64. Per omnia officia, gradusque discurrit, et nihil intentatum ambitio præmittit. *Ibid.*

65. Ad dignitatem promiscue cum bonis mali ambitione consendunt. *Prosec.*

66. Non unius meriti viros unus honor ambit, dignosque et indignos non vix discernit dignitas, sed confundit. *In Epist. Parennetica ad Valerianum.*

67. Ambitiosus quod non potest obtinere per potentiam, studet habere per malitiam. *Sup. III Reg. cap. 2.*

68. Quos superbia inflat, ambitio perturbat. *S. GREG. MAG. Hom. 11. sup. Evang.*

69. Sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offensus est. *Lib. 6. in Registro, indict. 15, cap. 169, epist. 5, ad Cyriac. episc. Constantinop.*

70. Sicut is, qui invitatus renuit, quæsitus refugit, est admoventus; sic qui ultro ambit, vel qui importune se ingerit, est procul dubio repellendus. *Ibid., lib. 7, indict. 2, cap. 110, epist. 110, ad Syagrium episc.*

71. Qui nititur ad altiora ascendere, quid agit nisi ut crescendo decrescat; et, ascendendo exterius, interius ad profunda descendat? *Ibid.*

72. Qui honorem prælationis et dignitatem ambient, innumeri sunt; qui vero laborem ministerii appetant, pauci. *Lib. 4. in I Reg. cap. 5, sup. illud; Et accipies de manu eorum.*

73. Superbus potentiam quærit, non quo aliis prosit, sed quo ipse alteri subditus non sit. *Lib. 29. Moral. cap. 6.*

74. Numerari culpe nequeunt, quæ habendæ potestatis amore perpetrantur. *Ibid., lib. 24, cap. 16.*

75. Cum mens sublimitatis culmen arripere ad elationem cogitat, quod foris appetit, intus immutat. *In Pastoral. part. 1. cap. 8.*

76. Cum supra modum sublimitas ambitur, avaritia altitudinis est. *Hom. 16. sup. Evang.*

77. Si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbe ad inanem gloriam locum festinat utilitatis quis arripere: eo ipso magis, quod honorem quærit, indignus est. *Lib. 7. in Regist. ind. 2, cap. 110, epist. 110, ad Syagrium Episcop.*

78. Ambitiosorum finis, desiderium est fulciri divitiis, honoribus extolli, potentium hujus

S. ECHREMIUS LIGOUN.

GLOSS. ORD.

S. GREG. MAG.

S. BONAVENT.

S. CYPRIANUS.

seculi familiaritatis sublimari. Lib. 6. in lib. 8. Reg. cap. 3. col. 1613. lit. D.

S. HIERONYMUS. 79. Ipsa ambitio a quiete aliena est. Epist. 17. ad Marcellam.

80. Quotiescunque te vana seculi delectaverit ambitio, ad paradysum mente transgredere. Epist. 22. ad Eustochium.

81. Honorum cupido expleri nescit. Epist. 1. ad Demetriad.

HUGO A S. VICTORE. 82. Ambitiosus vult in dignitate potius preesse, quam prodesse. De quest. sup. Ep. 1. ad Tim. quest. 18.

83. Quid summa affectas, cum tu jaceas in imo? considera potius quid vires tue ferre valeant; aptissime incedit, qui incedit ordinate. Prosec.

84. Quidam, dum magnam salutem facere volunt, in precipitium incidunt. Lib. 3. Didasc. cap. 14.

85. Age miser, sequere ducem tuum: oculi tui sublimem videant, multiplica prebendas; hinc ad archidiaconatum evola, ad episcopatum aspira: paulatim ascendis, sed non paulatim descendes, imo tanquam fulgur impetu vehementi. Sup. Genes. cap. 1.

86. Qui honores ambiunt, a Christo recedunt. Ibid. cap. 11.

HUGO CARD. 87. Multi laudant nomen potentie, qui appetunt dominationem. Sup. Ecclesiasticum, cap. 17.

88. Ambitio dignitatum sub specie justitie palliatur, sanctitatemque simulat. Sup. Isai. cap. 58.

S. JOHANNES CHRYSOST. 89. Multi ob inanem ambitionem multa auri talenta effundunt, ut auceperunt nominis alicujus celebritatem, que sepe non usque ad vesperam durat. Hom. 20. sup. Genes.

90. Opus bonum desiderare, bonum est: primum autem honoris concupiscere, vanitatis est. Hom. 35. Oper. imperf. in Matth.

91. Desiderium primatus ex jaclantia nascitur cordis; qui autem humilis est corde et in lignorem se aliis arbitratur, nunquam desiderat superior apparere. Ibid.

92. Primatus fugientem se desiderat, desiderantem se odit. Ibid.

93. In dignitosis, de ambitione honoris surgit invidia. Ibid. Hom. 43.

94. Grave quiddam est ambitio: grave, inquam, et que animam perdere valeat ambientis. Hom. 83. sup. Joan.

95. Qui presentibus rebus et precipue magnis inhiat, is viliis est et abjecti animi. Ibid. Hom. 70.

96. Pecuniarum amor, ambitio dominandi et glorie, vincula sunt et laquei. Serm. 9. sup. Epist. ad Ephes.

97. Nihil est quod Ecclesiam ita disvellere queat,

sicut ambitio presidenii. Ibid. Serm. 11. in Moral.

98. Anima, que honoris tenetur appetiti, et gloriam ab hominibus querit, non videt regnum celorum. Hom. 2. sup. Epist. ad Titum.

99. Qui cum ambitione petit principatum, si male sui regimini administraverit officium, hujusmodi homo sibi locum venie claudit. Hom. 34. sup. Epist. ad Philemon.

100. Nihil sic in arrogantiam extollere consuevit, sicut officiorum ambitio. Hom. 1. ad Popul. Antioch.

101. Ambitio omnia subvertit. Ibid. Hom. 43.

102. Ambire, simulare aliquid et pretendere, aliud agere videri, cum aliud agat; prestare se alteri fingere, quod sibi prestat; malitiosi, et astuti, et fallaces, et subdoli est. Lib. 6. de Vero cultu, cap. 12.

103. Ambitio, postquam honores, quos vult, adeptam est, consenescit. Lib. 7. de Divino pramio, cap. 10.

104. Ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus. Epist. 55. ad Pulcheriam Augustam.

105. Ad honores mundi pro ambitionem sine suffragatione temporis, sine merito laboris, indignum est pervenire. Epist. 87.

106. Notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant. Ibid.

107. Ambitiosi, totius humilitatis ignari, non ab infinis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium. Ibid.

108. Quo progredi importuna longius potest ambitio, cum ad foedissimos quosque usus adhibeatur? In libro Ascetico.

109. Omnis penitus ad eundem honoris ecclesie absunderetur ambitio, si se judicandos potius, quam se judicatuos hi qui preesse voluit populis, cogitarent. Lib. 2. in cap. 2. Epist. ad Rom.

110. Pauper census, parvis incubans, perdit magna; et inhians temporalibus, deserit sempiterna. Serm. 22.

111. Ambitiosi avaritie et elationis igne succensi, preesse inhiant, prodesse non curant. Lib. 1. epist. 2. ad Gregorium papam.

112. A tramite virtutis aberrat, qui per luxuriantis concupiscentie ambitum, castitatis ecclesie munditiam fedat. Epist. 20. ad Cadoulum Antipapam.

113. Vae his, qui reprehensibiliter vivunt, et locum irreprehensibiliter vivendi adhuc reprehensibilis concupiscunt. Lib. 2. epist. 1. ad Episc. cardinales.

114. Acutiora sunt auri tela, quam ferri, et validius mentem frangit honoris ambitio,

quam tormentum. Serm. 66. de S. Columba.

ROBERTUS BELLARM. 115. Omnis Ambitiosus est versipellis: descendit, ut ascendat: repit per humum, ut volet super aerem; subijci seipsum, ac servit, ut dominetur ac regnet. Concione 38. de S. Jacobo. part. 1.

S. SIDONIUS. 116. Per fas nefasque cresceret affectans, pecunie per avaritiam parvus est, per ambitum prodigus. Lib. 1. epist. 11. ad Montium.

S. THOMAS AQUINAS. 117. Status pontificalis non absque vitio ambitionis desideratur; et quem appetere, presumptuosum est. Opusc. de perfect. vite spirit. cap. 19.

LACT. FIRM. 118. Religionis statum assumere, laudabile est: ad Prælationis autem fastigium anhelare, nimie presumptionis est. Ibid.

119. Prælationis status, etsi perfectus sit, tamen absque vitio concupiscentie appeti non potest. Ibid.

SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO. 120. Miserrima omnino est ambitio honorumque contentio. Lib. 1. Offic.

PLATO. 121. Probro summo duci est, ambitiosum esse. Syzygia 4, lib. 1. de Republ.

122. Qui de honore non sunt solliciti, non sunt ambitiosi. Ibid.

123. Civitatem in qua cives magistratus minime ambiunt, optime et ab omni seditione, et tumultu prorsus liberam incoli necesse est. Ibid. Lib. 7.

SENECA. 124. Ambitionis vitium singulos occupat. Lib. 3. de Ira. cap. 2.

125. Aque ambitio non patitur quemquam in eodem mensura honorum conquiscescere. Lib. 2. de Beneficis, cap. 27.

126. Non tantum ambitio instabilis est, verum et cupiditas omnis, quia incipit semper a fine. Epist. 73.

127. Ambitus invida res est, vana, ventosa, nullumque habet terminum; tam sollicita est, ne quem ante se videat, quam ne se post alium. Epist. 84.

128. Nemo aliter quam ambitiosus Romæ (id est in curiis) potest vivere. Epist. 50.

129. Homo qui vere cognitionem Dei habet, non multa ambitione utitur. Sent. 412.

AMICITIA IN GENERE.

ETYMOLOGIA. Amicus dicitur quasi amici custos; per derivationem autem dicitur est proprie Amicus ab Amico, id est catena charitatis. Lib. 10. Etymol., verbo Amicus.

AMEROSIUS. Definitio. Quid est amicus, nisi consors amoris,

ad quem animum tuum adjungas, atque applices, et ita misceas, ut unum velis fieri ex duobus? Lib. 2. Offic., cap. 16.

Amicitia vera, perfecta atque completa est, que fundatur in charitate Dei. Part. 4, tit. 5, cap. 2, § 8.

Amicitia est fida, insolubilisque conjunctio, que sola virtutum paritate federatur. Ibid.

Amicitia est voluntas inter aliquos rerum bonarum, alius qui diligit, cum ejus qui diligitur pari voluntate consensus, et mutuus affectus. Ser. Dom. 9, post Trin.

Amicitia est amor mutue benivolentie, fundatus super aliquam communicationem. Secunda secund. quest. 23, art. 1.

Amicitia est animorum societas. Lib. 3, de Sum. bono, cap. 28.

Amicitia est divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et charitate consensus. De Amic.

Amicitia est voluntas erga aliquem, rerum bonarum ipsius causa, quem diligit, cum ejus pari voluntate. Lib. 2, de Invent. Rhet.

Amicitia est concordia de honestis et justis, propositum ejusdem vite, consensus de proposito et actione, consensus circa vite societatem cum benevolentia. Syzygia 6, de Defin.

Divisio. Amicitiarum genera, communiter loquendo, sunt tria: est enim amicitia malorum cum malis: est amicitia bonorum cum bonis, et est amicitia bonorum cum malis. Prosec.

Prima amicitia est simpliciter mala, secunda est simpliciter bona, tertia potest esse bona, potest et esse mala. Serm. 10.

Triplex est genus amicitie. Primum (idque optimum ac prestantissimum) est, id quod est ex virtute; secundum, ex remuneratione; tertium, ex consuetudine. Lib. 2. Stromat.

Quatuor sunt genera amicitiarum precipuarum; scilicet amici fortune, amici mensæ, amici fidei, et amici servitii. Prosec.

Primi, fortuna recedente, profugiunt: secundi, mensa cessante, evanescent: tertii, perdurant perpetuo; ultimi perdurant, servitio durante. Opusc. de diversis. homin.

Differentia. Amare et amicum esse, dissimilia sunt: qui amicus est, amat; qui amat, non utique amicus est. Prosec.

Itaque amicitia semper predest, amor etiam aliquando nocet. Epist. 35.

Productio. Fons et origo amicitie, amor est; nam amor sine amicitia, sine amore nunquam. De Amicit., cap. 10.

Amicitia ex quodam usu diligendi cum electione rei (que diligenda est) et deliberatione procedit. De Amicit., cap. 1.

S. ANTONIUS DE PADUA. S. ANTONIUS DE PADUA. S. THOMAS AQUINAS. S. THOMAS AQUINAS. S. ISIDORUS HISPALENS. CICERO. PLATO. BOVAVENT. CLEM. ALEX. S. THOMAS AQUINAS. SENECA. S. AUGUSTIN. PETERUS BLESSENS.